

/ Admodum Illustris, et Reverendissime Domine. Procurator fratrum Minorum Reformatorum, qui Romae aliquandiu commoratus est ob negocia sui Ordinis, recessurus ab Urbe, cupivit Amplitudini Vestrae ~~per me~~ Reverendissimae commendari /per me. Accepi libenter occasionem bene merendi de viris tam bonis; et non tam commendandi eos, cui scio commendatissimos esse, sed propensionem meam erga sanctissimum illum Ordinem significandi. Itaque ab Amplitudine Vestra peto, ut quod adhuc pro sua eximia in Deum pietate, et in servos ejus charitate fecit, facere pergat, tueri videlicet, fovere, ~~com-~~
10 plecti, juvare bonos Patres. Valeat Amplitudo Vestra Reverendissima mei memor in sanctis precibus suis. Romae die Natalis Domini 1616.

Epist. famil. CXXXVII

25 dec. 1616. B. à Fr. R. Lales

8 oct. 1929

cf. 10 Jul 1616 Fr. L. à B.